



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Seuerino co[n]fessore. Cap[itulum]. cxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse februarij occurrētibus Fo. lxxij.

et caput in manibus dominum rogatura declinauit. Quod rāta conuersionis et conuictus uirtus tantaq; inuidatio pluuię erupit: ut neq; pater sanctus: neq; qui cū eo erant fratres: extra loci limē pedem mouere poruissent. Sicq; ipse exire extra rectū non ualens: qui remanere spōte noluit: inuitus in loco cum sorore permāsit. Totamq; noctem pugilē deduxerūt et p. sacra uire colloquia se uicaria relatione refecerunt. Dieq; sequenti uir dei ad monasterium rediit. Post triduum hō in cella cōsistens eleuatis oculis uidit sororis animā de corpore egressam in colūbe specie celi secreta penetrare. Quod mox fratrib' nunciāuit: eosq; ut corpus ad monasterium suū deferrent trāsmisit. Quod in sepulchro qd ipse sibi parauerat tumulauit. Sicq; contigit: ut quorū vna mens semp in deo fuerat: eorum quoq; corpora: nec sepultura separaret. Quē uenit in pace uirgo domini. iij. idus februarij. Hec gregorius. h. dialo. cap. xxxiij.

De sancta Sorbera uirgine et mar. Cap. cxi.

Sorbera uirgo et mar. in orientis partibus passa est. Que grauer et durissime alapis cecisa: cū cetera quoq; penarū genera uicisset nouissime gladio martyrium cōsumauit quarto idus februarij. Hec ado in martylogio.

De sancta austreberta uirgine. Cap. cxij.

Austreberta uirgo filia sifinnij illustris: et scri austerberti rothomagensis. epi soror fuit. Que uotoq; iustitias emisso ab eodem fratre suo in cenobio uirginū apud ciuitatem rothomagum inclusa: post laudabilia sanctitatis et uite testimonia. iij. idus februarij migravit ad dñm: ut dicit Bistelmus.

De sancta Euphrosyna uirgine. Cap. cxij.

Euphrosyna uirgo apud alexandriam claruit. Que ipsius ciuitatis nobilissimo patre pannutio progenita fuit. Hic enim dñi prole careret: et monasterium quodā monachorū ciuitati proximum frequentius uisitaret. Etq; multas elemosinas conferret. Agabitum abbatē et monachos exorauit: ut sibi gratam sobolē a domino precibus impetrarēt. Et deus orationib' fratrum filiam euphrosynā concessit. Dum autē ad annos nobiles peruenisset: et uirginitatē suam spō uouisset: eamq; pater licet inuitam cuiusdam nobili iuuenti dispōdidit: uirgo xpi uotum adimplere cupiens de paterna domo latenter abscessit: et sumpto uirili habitu seq; sinaragdum nominās ad dñm monasteriū seruum uirile finis accessit: seq; monachum fieri postulauit.

Que abbas gratanter excepit: et monasticū habitum sibi tradidit. Que in scā religione lectissimis et uigilijs p. omnib' occupabatur: et ab omnibus masculis purabatur. Cū autē ei elegantē decore fratres aliquādo tentarent: iussu abbatis sepe ratum cellulā petiit: et sola inclusa deo seruans omni tēpore māsit. Verum pater et sponsus euphrosynam ubiq; pquirentes: nec usq; inuenientes: nimia tristitia afflicti eam ut mortuam desebant. Pater hō occupatus tristitia: sepius ad abbatē Agabitū ueniebat: et se suis orationibus commēdabat. Ille hō cum fratribus deum exorabant: ut qui pannutio concesso filiam: eādem sibi reuelaret: uel defunctam. Sed cum abbas a domino se exaudiri minime conspexisset: et pannutius nullam consolationem recipere posset: perduxit abbas pannutium ad sinaragdū inclusum: ut in eius faculo colloquio consolaretur. Quem euphrosyna cognosces: s; ab eo minime cognita: utpote habitu uirili uultu squalida et asidua: patrem suam amissione filie blādis adeo sermonib' solat: et sacris colloquijs exhortatur: q; quasi rediit uis effectus ex mortuo eam frequentius uisitabat. Sicq; xxxvij. annis inclusa omnib' incognita mansit. Post hec graui ualitudine p̄sā morib' proxima: patrem secretius aduocauit: et q; omnia sua occultatē referat: et q; sit euphrosyna ipsius filia ueris indicijs manifestat. Quibusq; detectis inter eius manus spiritum exhalauit. Quam pater amarissime desens: utpote sero cognita: audita abbatē et fratrib' reuelauit. Dñi corpus lenari deberet ueritas detegitur: et uirgo domini a fratribus cum lachrymis in monasterio sepelitur. In cuius exequijs monachus monoculus corpus deosculans lumen accepit. Pannutius hō omnibus uenditis pauperibus medium precij: et aliud mediū monasterio cessit. Ubi et ipse monachus factus in sancto proposito decēnio filie superuixit. Quē uenit in xpo uirgo sancta. iij. idus februarij.

De sanctis saturnino et socijs martyribus. Cap. cxliij.

Saturninus presbyter: David: felix: apuleus: et plures socij eorundem martyres: apud apulicā passi sunt. Qui sub anolino pconsule per diuersa tormenta gloriosissime trīpharunt. iij. idus februarij. ut scribit ado.

De sancto Seuerino cōfessore. Cap. cxv.

Seuerinus cōfessor claruit tēpore clodouij regis francorū. Hic abbas fuit monasterij aganensis multorum miraculorū gloria celeberrimus effulsit. Nā prefatum clodouicum regem dudum validissimis febribus

oppressum quem nullus medicorum curare poterat: ab eo accersitus sua confestim oratione sanavit: et in ciuitate parisiensi multos languentes a diuersis infirmitatibus liberauit. Dñi autem rex eidem pro beneficij vicissitudine multas pecunias obrulisset: nihil omnino recepit: nihil aliud p munere petiit: nisi vt in toto regno quicūq; in carceribus qualitercūq; detenti libere lafaretur: quod et factū est. Qui diebus aliquibus parisijs residens: postq; obitū suū an gelo nunciante cognouit. egressus vrbē ad mōrem qui castrum nauonis dicitur pperauit. Ibi q; in oratorio quondam inter manus sacerdotum domino seruientū exspirauit. Admirabili luce instar stelle in eius transitu ecclesia circumfusa: ibiq; sepultus est. ij. idus february.

De sancto Iuliano hospitate
et confessore. Cap. cxvi.



Iulianus confessor

quia transeuntibus pro bono hospitio inuocatur: qui et hospitor boni dicitur: vtrūq; parentē ignoranter occidit. Eū em̄ existens iuuenis venatorum inuisitens ceruum insequere tur: ceruus conuersus ei miraculose locutus fuit: q; patrem suum et matrem suam occidere debebat. Quod iuuenis audiens timuit: et ne si bi prophetera contingerent ad regionem longe remotam latenter abscessit: vbi cuidam principi adhesit: et tam strenue secum se habuit: q; principem militie eum fecit: et quandā castellanam viduam in coniugem ei tradidit: et castellū pro dote accepit. Interea parentes iuliani pro amissione filij vagantes eum vbiq; sollicitē requerebant. Tandem ad castrum cui filius preerat deuenerunt. Casus iulianus abscesserat. Quos cum vxor iuliani vidisset: et quā essent inquisisset: et illi cuncta que de filio cōtigerant enarrasset: intellexit qviri sui parentes erāt: vtpote que hec aviro frequēter audierat. Ipos igitur benigne suscepit: et pro amore viri sui letum eis dimisit: et ipsa sibi alibi cubile preparauit. Factoq; mane summo diluculo castellanā ad ecclesiā perrexit. Iulianus rediens thalamum suum vxorem excitaturus intrauit. Et inueniens duos pariter dormientes: vxorem cū adultero suspicatus: extracto gladio ambos pariter iugulauit. Sciens autem domum obulauit vxorē ab ecclesia redeuntē: et admirans interrogauit: quānam essent illi: qui in suo lecto dormierent: que respondit parentes suos esse: qui ipsum dudum quesierant: quos honorifice susceptos in suo thalamo collocauerat. Ille hoc audiens effectus exanimis amarissime stebat: et se miserum et patricidam exclamabat. Et dū coniugem veller deserere pro penitentiā peragenda: vxor omnino eum sequi proposuit: vt q

fuerat secum particeps leticie fieret et dolens. Sicq; abeuntes iuxta flumen vbi multi peribant: hospitale fecerunt: in quo omnes pauperes hospitio recipiebant: et penitentiam peragebāt: omnesq; inde itinerātes iulianus trasuadabat. Post multū temporis media nocte cū esset grauissimum gelu: audiuit iulianus vocē lugubrem: vt se traduceret inuocantē. Qui cōcitus surrexit: et pauperem frigore deficientem transiit: et accenso igne in domo sua calefacere fecit. Sed cum calefieri non posset: ipsum in lectulum suum portauit: et diligēter operuit. Post modicam horam qui infirmus et quasi letifusus apparuerat: splendidus ad ethera conscendit: et vale faciens hospiti suo: dixit q; ipsum ad eum deus miserat: et peccatum suum sibi dimissum propter hospitalitatem nunciabat. Sic q; ille disparuit. Et iulianus cū vxore post modicum plenus sanctis operibus vitam finit: secundo idus february. Et quia fuit pauperū peregrinorum suscepitor: inde a viatoribus pro bono inuocatus hospitor dicitur Iulianus cognomine hospitor.

De quadragesima.

Cap. cxvii.

Quadragesima inci

pitur a dominica qua canitur Inuocauit me etc. et significat tempus afflictionis: vbi ecclesia que tot tribulationibus clamauerat Circūdederūt me etc. Et postmodū inuocandum adiutorij respirauerat dicens. Surge domine etc. Esto mihi in deum protectorem etc. Nunc se exaudiam ostēdit dicens Inuocauit me etc. Notādum autē q; quadragesima quandoq; dicitur habere quadraginta sex dies: quandoq; quadraginta duos: quādoq; quadraginta: quandoq; hō tñi triginta sex s̄m diuersos respectus. Dicitur autem esse quadraginta sex dierum: omnibus ipsius diebus computatis: incipiendo videlicet a feria quarta cinerum: et procedēdo vsq; ad diem pasche omnibus diebus: tam dominicis. q; ferijs computatis. Quāuis enim diebus dominicis non ieiunemus: tamen a carnibus abstinemus. Ratio autem huius obseruantie est: quia licet s̄m theologos corpus humanum quadraginta diebus formetur: tamen s̄m philosophos quod verius reperitur: hominis corpus quadragintaquinque diebus organizatur: et perficitur: et quadragesimo sexto die anima corpori infunditur. Ideoq; quadraginta sex diebus abstinemus: vt sicut aīa corpori infusa est carnis cōmixtionē quadragesimo sexto die maculatur: sic in carnis afflictione quadraginta sex diebus a macula expietur. Vel vt homo tot diebus deo persoluar abstinentie debitum: quod ab eius clementia se nouit esse perfectum. Dicitur etiā quadragesima fore quadraginta duorū die